Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

INCIPIT EXODVS

Hec sunt nomina filiorum israhel qui ingressi sunt egyptum cum iacob singuli cum omnibus suis intrauerunt Ruben symeon leui Iudas yssachar zabulon et Beniamin Dan Neptalim Gad et Aser Erant igitur omnes animae eorum qui egressi sunt de femore iacob ipse autem ioseph aut egyptus erat Quo mortuo et universis fratribus eius omni que generatione illa filii israhel creuerunt et quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis impleuerunt terram Surrexit interea rex nouus super egyptum qui ignorabat ioseph et ait ad populum suum Ecce populus filiorum israhel multus et fortior nobis est Demus sapienter opprimamus eum ne forte multiplicetur et si ingruerint contra nos bellum addatur numeris nostris expugnatisque nobis egrediatur de terra Posuit itaque eis magistros operum ut affligerent eos oneribus Edificauerunt ergo urbes tabernacolorum pharaoni phithon et rameses quarum oppremebant eos tanto magis multiplicabantur crescebant Oderantur filios israhel egyptii et affligebant illudentes eis atque ad amaritudinem ponebant uitam eorum operibus duris luti et lateris omni que famulatu quo in re operibus opprimebantur Dixit autem rex egypti obstetricibus hebreorum quarum nomina sephora et thalea phuna propriens eis Cum obstetricabitis hebreas et temporis ritus ad uenerit si masculus fuerit interficite illum si femina reseruate Timuerunt autem obstetrices deum et non fecerunt iuxta preceptum regis egypti et custodiebant mares Quibus accitus rex ait Quia nam est hec quod facere uoluistis ut pueros reseruaretis Que respondit Non sunt hebree sicut egyptie mulieres Ipse enim sunt obstetricandi celerius et priusquam ueniamus ad eas parturiunt Non ergo fecit deus obstetricibus et creuit populus confortatusque est nimis Et quia timuerunt deum obstetrices edificauerunt illis domos Precepit ergo pharao omni populo suo dicens Omnem masculum qui natus fuerit in flumen proicite omnem feminam reseruate

Gressus est postea uir de domo leui et accepta uxore filiam

de domo leui accepta uxore filiam pris que concepit et peperit filium et uidens eum elegantem abscondit eum tribus mensibus Cumque iam et latere non posset sumpsit fiscellam scirpeam et linuit eam bitumine ac pice posuitque intus infantulum et reposuit eum in arundineto ripe fluminis stans procul soror eius et contemplabatur eventum Ecce autem descendebat filia pharaonis ut lauaretur in flumine et puelle eius gradiebantur per ripam Que cum uidisset fiscellam in paludem misit unam e famulabus suis et allatam a puella cunctis intra paululum contemplata ait Profecto de infantibus hebreorum est hic Cui soror pueri dixit Quid si ire uadam et uocem tibi hebream mulierem que nutrire possit infantulum Annuit Vade Perrexit puella et uocauit matrem pueri Ad quam locuta filia pharaonis Accipe mercedem pueri et nutri mihi ego dabo tibi mercedem tuam Suscepta mulier et nutriuit puerum adulteque tradidit filie pharaonis Quem illa adoptauit in locum filii uocauitque nomen eius moysen dicens Quia de aqua tuli eum Indiebus illis postea creuerat